Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mine meo. me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt. T m clxxxviii. R II m xc viii. L e xc vii.
expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius. & demergatur in profundum maris. Vae mundo ab scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala. Verumtamen vae homini per quem scandalum venit. T m clxxxx. R VI m e. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te. abscide eum. & proice abste. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum. quam duas manus. vel duos pedes habentem. mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te. erue eum & proice abste. Bonum tibi est unum oculum habentem in vitam intrare. quam duos oculos habentem. mitti in gehennam ignis. T m clxxxxi. X Sol. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis. Quia angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei.